illis p̄ ecclesiam subueniri p̄ quos cōstat ī ecclesia t̄m̄ scandalū generari ne clerici. vel mo- c sacerdotibus et maliciis talibus est occurrē- dum: vt in p̄dicto. c. ex pte tertio. de priuilegiis. et de rescrip. sedes ap. ff. de reuend. l. in fūdo. ¶ In secundo vero et in tertio casibus q̄n̄ se- dimisso habitu z tonsura mediocria vel leuia p̄mittit tūc dico q̄ nō p̄dit ipso facto priuilegiū: sed necessaria est p̄lati sui p̄cedens trina monitio vel vna p̄emptoria p̄ om̄ibus his di- erum p̄petentia interuala: vt de sentē. ex cō. c. cōstitutionē. li. vi. in fi. vt moneantur vt ipsi habitū reassumāt z a talibus desistant. j̄nde si talis clericus ante ip̄az admonitionē p̄dictā deposito habitu p̄mittat adulterium vel for- nicationē vel publice tenet cōcubinā vel aliū in sua possessione p̄turbet vel leuiter p̄cutiat: vel publicus sit lusoꝝ hazardi vel aleaz v̄l pu- blice ipsum ludum teneat. vel si occultus latro vel famosus vel in causis sanguinis se im- misceat. vel alias inhonestam vitā clericus ducat vel indecentibus clericis negotiationibus se im- misceat. que et similia possent dici mediocria crimina. v̄l arma publice portet vel per taber- nas discurrat v̄l publicus sit aleatoꝝ v̄l venat- ionī aut occupationī prohibite clericis intē- dat vel comā nutriat vel administrationi lay

corum se ingerat. de qua ne clerici. vel nona. c. ii. vel similia peragat q̄ possūt minora crimina appellari. in q̄bus omnib⁹ casib⁹ est necessaria prelati sui monitio p̄cedēs ad hoc ut postea sit priuatus hoc priuilegio si nō respuerit p̄dit hui⁹ modi p̄uilegiū clericale. Et in his casib⁹ locū habet decretalis cōtingit. ii. de sē ten. excō. allegata. et omnia iura et glose q̄ videntur esse cōtrarie ad cōcordiā reducuntur. Nota ergo tres esse casus in q̄bus requiritur admonitio p̄cedens Primus est q̄n dimissa tonsura et hītu clericali licet nō imisceat se eorum normibus vel tirānicis de quibus supra assumit habitū laycalem si tunc tertio monit⁹ per uū prelatum ipsum habitū dimissum nō reassumit elapso monitionis tēpore ante reassumptionē puatus est priuilegio clericali. et multo fortius si post ipam admonitionē i tali hītu laycali arma deferat militaria. t̄s enim clerici qui tertio moniti nō desinūt talia facere de p̄uilegio clericorū subsidiū aliquō habere non debēt ut in. c. inaudientia. de sen. excō. vel comā nutriat vel aliquod simile peragat vel aliqua mediocria crimina cōmittat: de quibus supra dixit monitus habitum nō reassumat et ab huiusmodi nō desistat et sic intelligitur decretalis c. ntingit de se. excō. et

Bern. hāc distinctionē ap pbat in. c. ad audi
entiam. de. sen. excō. ¶ Scdus cas⁹ est si cle
ricus artē ioculatoris v^l goliardi siue buffo
nis exerceat minori spacio ānuali si infra ipz
tēpus tertio a suo p̄lato monitus ante trāfac
tum hmōi monitionis tps a talib⁹ nō desistit
ip̄o factō pdit omne p̄uilegiū clericale vt in. c.
i. de vita et ho. cle. li. vi. z ibi p̄ Archidia. Est
etiam hoc itelligēd de p̄uilegio canonis si q̄
suadēte. quanq̄ talis cleric⁹ sit in sacris. p̄ q̄
facit tex. ip̄s⁹ decretalis dū dicit oī p̄uilegio
ad idem de maio. z obedi. c. solite. i. fi. l3 Jo.
mona. dicat p̄trariū i illa decre. alleg. li. vi.
Tertius cas⁹ ē q̄n t^lis cleric⁹ incedēs vt laic
cus publice notorie specialit̄ exercēs offi
cium carnificū siue macellariorū aut taberna
riorū tertio z noiati monitus ab officio hmōi
nō desistat infra t̄minū assignatum vel illud
officiū postea reassumpsit quicūqz z quādiu il
li officio i^lsisterit omni p̄uilegio clericali carz
vt i. cle. vnica. de vi. z ho. cle. in cle. In p̄mis
sis ergo sex casib⁹ ip̄o iure pdit p̄uilegiū cle
ricale i oib⁹: scz quo ad immunitatē persone
rerum et fori. de quibus vide supra in quolibet
predictorum sex casuum contra talem cle
ricum aliquid attēptans non incurrit penas
prescriptas vel earuz aliquas vt supra patuit

¶ Ex premissis igitur nota quod quandoque clericus non coniugatus perdit privilegium quo ad quendam ex bonis suis tantum puta delatis negociationis causa. sed non quo ad propria non delata negotiationis causa. In idem perdit non solum in delatis mercimonii causa: sed etiam in deputatis propriis visibus et predicta colligere potes ex. 5. ii. supra ver. est autem sciendum. Quandoque perdit privilegium non solum rex sed etiam fori et persone: et sic priuatur omni privilegio clericali. quod colligas ex. 5. iii. Si autem discretio oriat in iudicem ecclesiasticum asserentem talem clericum non perdidisse privilegium: et iudicem seculari asserentem eum perdidisse: quis de hoc cognoscere debeat dicam infra ver. in secundo. ¶ Clerici quod sepe est dare quod seculari iurisdictione habentes propter maleficia capiunt et captivos detinent clericos non exutos privilegio clericali que petunt se ad suum fori ecclesiasticum remitti. vel ab ecclesiastico iudice repetuntur super quo emanat provisio decretalis si iudex. de sententia. com. li. vi. Idcirco ad ipsius evidentiam est sciendum quod ipsa decretalis simul de immunitate persone et fori tractans ponit quid iuris quod iudex secularis habet malefactorum captivum qui se asserit clericum et petit ad suum iudicem ecclesiasticum remitti vel ipsum iudicem.

de ecclesiasticus repetit. Ex quo talis colligitur distinctio. aut querit de remissione quae sit fienda. aut de cognitione tituli et ordinis clericalis ad quam spectat ipsa cognitio. ¶ In hoc secundo casu determinat dicta decretal s nulla huius distinctio et cognitio an talis sit clericus vel non semper ad ecclesiasticum iudicem pertinet tamquam de re spirituali. ad quam tamen faciendam. debet vocare illum secularem iudicem vel alium cuius interest. Et eadem ratione puto idem iuris si iudex secularis profitens illum forte esse clericum asserat tamen illum non debere gaudere privilegio clericali forte propter alterum illorum sex casuum quos permisi. ¶ In primo vero casu quando scilicet de remissione facienda queritur distinguit an sit notorium et talis detentus est clericus qui privilegio debeat gaudere clericali. vel saltem fama eum esse talem vel estimatione communi pro tali habeatur: aut alterum istorum non concurrat. In primo casu dicit ante aliquam cognitionem de clericatu vel clericali titulo ipsum statim esse remittendum. et hoc intelligo siue in clericali siue in layicali habitu fuerit deprehensus. alias iudex secularis incurrit penas de quibus supra in. 5. nunc autem in primo. et. 5. tertium autem. ver. pena. Et dicit idem in eo quod ante deprehensionem se gerens pro clerico et in clericali habitu fuit deprehensus. quod autem

supra dictū est ipm statū remittēdū. itelligas
 nō p̄cipiti tñ festiatiōe nec moratoria p̄tracti
 one vt etiā ibi scripsit dñs pater me⁹ sup̄ vbo
 statiz. In sc̄do casu qñ nō hēbat cōiter p̄ cle
 rico s̄z p̄ layco z ip̄e p̄ layco se publice gere
 bat hoc casu dicit q̄ s̄z dep̄hēisionis tpe i cleri
 cali h̄itu fuerit rep̄ius nō fiet remissio donec
 fidem de clericali titulo fecerit corā iudice tñ
 eccl̄iastico vt supra. om̄is tñ p̄cess⁹ scl̄aris iu
 dicis iterim p̄tra ip̄z cōquiescet pendēte ipsa
 monitiōe de clericali. ¶ Queri autē posset an
 ad p̄bationē clericat⁹ sufficiat p̄ducere etiā
 papalem litterā i qua q̄s cleric⁹ z canonicus
 noietur. Circa qd̄ est sciendū q̄ dñs Guiller.
 de p̄dala bononie hāc q̄stōnē disputauit. quā
 q̄stionem posuit dñs pater me⁹ sub regl̄a non
 s̄z actori. de reg. iu. li. vi. vbi re. p̄bat solutio
 nem ip̄ius Guil. q̄ distinguebat inter agētem
 et excipientem dicens q̄ si quis ageret vendi
 cando b̄nificium vel ius aliquod qd̄ clerico tā
 tum cōpetebat non sufficeret talis littera ad
 clericatum p̄bādū. Si nō excipiebat de cleri
 catu ad forū declinādū vl̄ se defendēdum tūc
 sufficet. dñs pater meus improbās istud se
 cundum dictū Guil. excusabilē reddit. si vero
 allegauit decretalē si iudex. de sen. excō. li. vi
 qz eam non vidit dicit p̄ ip̄am decretalē poni

quattuor casus quoz tres indubitatos dicit
p ipsam decretalem. Primus est qñ fama ē
captiuum esse clericū. Secundus qñ cōiter p
clerico habet. Tertius qñ deprehēdit in ha-
bitu clericali is q prius nō habebatur p cle-
rico: qz cum in qōlibet p̄dictoz casu sine ti-
tuli p̄batione sit remittēdus multo forti⁹ si
ipsoz triū aliquo p̄currēte vltra id talē exhi-
beat lram p quod dicit dubiū soluz in primo
casu remanere: scz qñ prius habebatur p la-
ico qui deprehensus fuit in habitu clericali v̄l
laicali nō curo. Ex hoc q̄rto casu dicit Guil.
nō procedere cū p ipsam decretalē si iudex lai-
cus hoc casu debeat de titulo clericali fidē fa-
cere dicit q talis littera nō sufficit z hoc idu-
cit p̄sumptio p̄tra ipsum surgens ex delat idē
habitus laicalis p̄cedētis. z dicit hoc h̄re lo-
cum etiam si ad sui defentionē talē litteraz p
ducat: et q talis lra etiam nedum executoria
vel ad lites ipetrata sed etiā nec beueficia: is
in qua ip̄e cleric⁹ noiē sufficiat dicit p̄bare p
decretalē ex lris de trāfacti. Nā si lre ad b̄nsi-
cium ipetrata sint surrepticie eo nō ex̄nte cle-
rico satz patz q clericat⁹ p̄tes lras nō p̄bat
cū t̄lis lra possit de factoz nō clericū ipetrari
Curiosus de hoc videre posset p eū i nouella
sup regla nō licz actori. de reg. iiii. li. vi.

¶ Tractat⁹ dñi Bonicoci de p̄slegiis
et imunitatib⁹ clericoy finitfelicitet.

Sequūt^r q̄dā aduisamēta ī fauorē exēptio
nū p̄suādaz facta q̄ alias rite fctē sūt cū pau
Rino sciē⁹ q̄vtroqz (cis allegatiōib⁹
iure ī oib⁹ rite z legitie ordiato etiā in
legib⁹ ciuilib⁹ z canonic⁹. gñalibus z puatis
duo p̄cipue sūt pōderāda: scz auctoritas z cā
siue ratio. z ī illa causa p̄siderāt tria specialit̄
scz q̄d liceat scōz eq̄rat ē. q̄d deceat p̄m hōesta
tē. q̄d expediat p̄m vtilitatē. Ista patēt ī mlt⁹
loc⁹ p̄serti in q̄ttuor p̄mis distictōib⁹ decreti
Itē certū est q̄ ista oīa p̄currerūt z p̄currūt ī
cōcessione exēptionū facta q̄s p̄limis capitul⁹
z religiosis p̄serti ordinis s̄cti B̄ndicti clu
niacē⁹. z cisterciens⁹. q̄s duos scz cluniacē⁹ z
cisterciens⁹ p̄mendat. Petrus blesē⁹. q̄ fuit
anglicus ī suis eplis. et idem de ordine cartu
siē⁹. celestīnorum mendicātium et quod pri⁹
poni potuit de ordine sancti Johannis et do
minorum chipri et multoz alioz. In his
enim non defuit auctoritas. interuenit enim ī
illis romane ecelesie auctoritas cui dictum ē
¶ Quodcunqz ligaueris sup terrā erit ligatū
z in celis. c. solite. de maio. z obe. cui dictū ē
pascē oues meas: z mlt̄a alia q̄ p̄mo euāglic⁹

110
declarat. et que ius et auctoritatem sacris cano-
nibus impartitur. habet enim ius condendi cano-
nes: ut pote quod caput et cardo est omnium ecclesia-
rum a cuius regula nemini licet dissentire. et quod
ita canonicam auctoritatem prestat: ut se ipsam non
subiciat eis. et quod auctoritas semper in sacris ca-
nonibus intelligitur reservata et quam generalibus
consiliis robur prebet. hec omnia patentur variis in lo-
cis presertim in tricesima quinta causa maxime
in. 5. his ita respondet. q. 1. et in. c. significasti.
de elec. et quam potest plures episcopatus in unum coniungere
et unum in plures divideri in. c. sicut unire de
privilegiis. cum suis procor. et quam omnes dignitates
etiam patriarchatus instituit in. c. omnes xxii.
di. illam vero solus ipse fundavit. et super petram si-
dei mox nascentis erexit quam beato Petro eterne
vite clavigero terrarum superis: et celestis imperii iura
commisit. Quam quidem romanam ecclesiam non
quolibet terrena sententia: sed illud verbum quo
constitutum est celum et terra pro quod denique om-
nia condita sunt elementa fundavit. ut ibi illa
Petri apostoli meritum deinde secuta iussione
domini conciliorum venerandorum auctoritas singulariter
tradidit in ecclesiis preteritatem: scilicet exequendo mandatum
datum domini: ut in. 5. huic etiam. xviii. di. et
multa talia possunt adduci que sunt vulgarissimi
ma preteritatem sedis apostolice et romani pontificis

declarantia: iste est cui dici nō potest salua re-
 gula fidei cur ita facis. Item in multis con-
 fessionibus exemptionū interuenerūt preces
 regū principū et aliorum gloriosoz fundato-
 rum ecclesiaz et monasteriorum quoz aliqui
 nunq̄ illa seu illas erexissent dotassent et fun-
 dassent nisi fuisset eisdem cōcessa exēptio a iu-
 go ordinarioz: sicut patet in fūdatōne mona-
 sterii cluniacen. et multoz mēbrozū suoz. Itē
 in multis interuenit consensus episcopozum
 ex abūdātī cautela. et insuper recōpēsatio eq̄-
 ualens inquātum asserēbāt sua intesse ī exēp-
 tionibus: igitur nō defuit auctoritas et cōsen-
 sus. Cause uero exemptionū in capitulis et re-
 ligionibus sunt plures inter quas est vna op-
 pressio que ut p̄munit̄ videm⁹ fit p̄ ordinari-
 os et suos officarios religiosus presertim in
 exactionibus et mulctationibus peccātū mo-
 nachozum q̄ pena pecuniaria puniri nō debe-
 rent cū proprium nō habeant. et delictū p̄sone
 in damnū ecclesie redundare nō debet. i. c. de
 reg. iu. li. vi. et ī multis aliis variis modis p̄
 ordinarios et suos officarios opprimūtur si-
 cut p̄legenti. xviii. causam. et totū titulū de ex-
 cessi. pla. in antiquis vi. et cle. luculēter appa-
 ret et experientia quotidiana hoc manifestat
 his autem oppressionibus ut plurimum occa-

tionem prebere solet dispar ordinarioꝝ ⁊ reli-
gioꝝ professio. et habit⁹ in quo bene nō cō-
cordat psalteriū cū cythara i. c. diuersis sala-
ciis. de cle. piuga. ⁊ scriptū est. nō arabis cuz
boue ⁊ asino. et regulariter q̄sqz ppria sorte
cōsulta requirit talē exterius qualē se noue-
rit interius. ⁊ ideo solet dici q̄ sicut laici eleri-
cis oppido sūt infesti: ita clerici religiosi.
Scda oppressio occasionū orit̄ a sublimitate
psidentie dignitatis ep̄alis. dignitates enim
et pt̄tes attēta iclinatiōe hūana q̄ procliuis
est ad malū si improbissimūquāqz ceciderint
innumerabilia dāna ⁊ strages. inexecrabiles
dāt vt dicit Boecii⁹ in. ii. de psolatione. vñ p̄
sulare ipeium qd̄ libertatis p̄ncipiū fue-
rat propter superbiam consulū veteres ro-
mani ab olere cupierūt q̄ ppter eandē super-
biam prius regnum de ciuitate nomen abstu-
lerunt: ⁊ breuif p̄aro hmōi dignitates p̄bis
deferunt. vt dicit ibi Boecius. grandis ergo
potentia ⁊ dignitatis preeminētia. cū humi-
litate et infirmitate religiosorum secundā oc-
casione tribuit oppressionum ¶ Tertia occa-
sio est insacrabilis vorago habēdi ordinari-
enim in petitione quā faciunt de reuocatione
exēptionū pl⁹ p̄uertūt aciē mētis sue ad lac-
lanā ouium recipiēdū q̄ ad pabulū vite etne

ouibus ministrandum. abint igit ordinariū
 honores pōpasz nūmos z pl⁹ p̄esse q̄z p̄desse
 desiderant. ¶ P̄dest et alias sumi occasio va
 riis modis hmōi oppressionū P̄dima igit cā
 p̄cessionis exēptionū fuit opp̄ssio ordinario
 rum que tāgit etiā exēptiones capituloꝝ ec
 clesiaz cathedralium q̄ regularit̄ puato odio
 p̄sequūtur ep̄i. z ideo vt alibi dicitur. P̄ost i. licz
 ep̄s sit sponsus z eccl̄ia seu capitulū sit sp̄sa
 nō formidādū q̄ mutuo amore se spoliēt. p̄p̄
 quod p̄cedūt inter eos donatōnes. z hmōi ta
 lia q̄ nō p̄cederēt iter virū z vxorē ¶ Alia aut̄
 causa hmōi exēptionū q̄ satis orit̄ a p̄ina fuit
 quies q̄ multū ē necessaria in p̄tēplatione. et
 p̄pterea b̄t̄s Gregorius nō solū p̄hibet ep̄i
 scopos mala inferre religiosis. ymo et qd̄ pl⁹
 est p̄hibet fieri in locis ip̄oz id qd̄ alias ē de
 ḡne boni. p̄hibet enim missas publicas p̄ ep̄i
 scopos in cenobio fieri omnino. vnde dicit in
 c. luminoso. xviii. q. ii. in hunc modū. p̄limis
 in monasteriis multa a presulib⁹ p̄iudicia
 atqz grauamina monachos pertulisse cogno
 uimus. oportet ergo de futura quiete eoz
 salubri ordinatōne disponere q̄tin⁹ p̄uersātes
 ī illis in dei seruicio gr̄a illis suffragrāte mē
 te lib̄a p̄seuerēt. missas q̄qz publicas in cen
 obio fieri oīno p̄hibe⁹ ne in dei fuoz recessi

bus et eoz receptaculis vlla ppl'is prebeat
occafio puentus. qz nō expedit animabus eo-
rum nec audeat ibi epus cathedrā collocare.
nec quālibet prātez exercere ipādī nec aliquā
ordinationē quāuis leuissimā faciēdi nisi ab
abbate fuerit rogatus. q̄tinus monachi sēp
maneant in abbatū suoz prātevt remot; vera
cionibus ac cunctis grauaminib; diuinū op;
cum sūma animi deuotione perficiant. hec
tibi ponuntur ad litteram.

Imile fere q̄tū tangit ad quietem scri-
bit idem beatus Grego. oibus ep̄is in
c. q̄ si eadē causa. et quere ibi inter cetera di-
cit quam sit necessariū monasterioz quieti p-
spicere z c. z sequitur infra. hāc ergo scripto-
rum nostroz paginā oī futuro tpe ab ep̄is oī-
bus firmā statuimus illibatāq; seruari. vt z
sue ecclesie iuuante dño tātummodo sit iure
cōtenti z monasteria eccl'asticis p̄ditionibus
seu āgariis vel quibuslib; obsequiis secularib;
nullo modo subiaceant. nullis canonicis iu-
ribus deseruiāt. s; remotis vexatiōib; z cun-
ctis grauaminib; dīnū op; cum summa ai de-
uotione pficiant hec ponūtur tibi ad litteraz
que etiam patent ī variis aliis locis. quies q̄
in cōtemplādo vna causa potissima exemptō-
num existit ¶ Alia causa assignari potuit pro

fessionum diuersitas. q̄ licentia decentia z ex
 pedientia coadiuuat. nō enim videtur. decēs
 illum esse magistrum ī disciplinis regularib⁹
 et contemplatiuis actib⁹ qui nō nouit se fuis-
 se discipulum vt in. c. cum in magistrū. de elec
 nam si difficile est in exptos diuinis officiis
 applicare. multo difficilius ē inexpertos ex
 pertis presidere. multa sunt iura ad hoc. vide
 mus enim per experientiam oculatā q̄ nunq̄
 fuit tante cōuersationis ep̄s in ecclesia matif
 cōn. qui sic regulare potuisset monasteriū vir
 zilecen. vel etiam clumacen. et sic de multis a
 liis sicut diuino munere sub abbatū pleno re
 gimine floruerunt z florent in sanctitate z re
 ligione. et eadem videmus etiā propter h̄itus
 et religionis diuersitatē. religios⁹ nō potest
 eligi in p̄latum disparis religionis habitus
 vel p̄fessionis in. cl. j. de electi. cum suis con
 cor. et ad primum punctum adhuc adduco.
 ¶ Alia causa est mandatorum p̄ plures et di
 uersos superiores factorum cōtrarietas z di
 uersitas. Cum enim cōstet secundum Aristo
 telem. vii. methaphi. q̄ pluralitas principuz
 est seditiosa. quostiens abbas et episcopus p̄
 sunt monasterio regulariter videmus q̄ semp
 est dissentio in mandatis et iurisdictione ip̄
 sorum. vnus asserit ad se quandoqz cognitio

nem vniuersarū causarū ī subditos p̄tineret a
tione maioris superioritatis. Ali⁹ asserit q̄ imo
ad se p̄tinet ratione immediatī dñi: vel saltē
iure p̄uentionis. Ep̄us asserit q̄iqz q̄ abbas
nō debet se intrmittere de monachis nisi in
facto ceremoniarū. Abbas asserit q̄ imo ⁊ de
transgressione mādatorū dei maxime. sic qz ⁊
alias varie tāta ē contrarietas tāta perplexi-
tas p̄sertim ex ambitione alias causata tāta
q̄ inde sepe eliciūtur cōtraria mādara. vnus
ligat alius absoluit. vnus p̄sequitur subditū
alter defendit. vn⁹ deprimat. alē extollit. vn⁹
odio habet ⁊ alē diligit. seditiones diffidunt
p̄ claustra ⁊ dissolutio. et interim factus est q̄
cultum superioris pluralitas in multis reli-
giosis est seditiosa. scandalum et ludibriū
populorum p̄bens monachis occasionem
multorum maleficiorum. Virgilius igitur reli-
giosorum concio regitnr ⁊ gubernatur sub di-
ctione vnici pastoris scilicet abbatis poten-
tis in opere et sermone quem nedum doctri-
na mandatorum dei et statutorum regulariū
quinymo et experientia. obseruantie regula-
ris doctum reddit et commendatum: q̄ expe-
tere talem superiorem concursum. seditiosus
quorum vnus inexpers est obseruantie et di-
scipline regularis. ⁊ alibi scribitur q̄ popul⁹

sub vno p̄ncipe solet p̄ficere et cadere sub
 diuersis. ¶ Quinta causa exēptionū fuit q̄dā
 mutua recompensatio ⁊ ḡnālī religionis fa-
 uor. nam sicut dicit b̄t̄s Thomas religios⁹
 qui t̄t̄se deo dedicauit deum elegit nō solū
 in creatorē et p̄ceptorē. quinymo ⁊ vt in do-
 ctorem quātū ad illa q̄ sunt fide: vt ceteri cristi-
 ani quinymo quod amplius est ip̄m reelegit
 in consiliatorem quantū ad illa q̄ sunt cōsilī
 et p̄fectionis quia reliquit omnia vt libere
 deo adhereret. ¶ Si igitur religiosus specia-
 lius elegit deum ī patre p̄ceptorem docto-
 rem et consiliarium q̄ ceteri cristiani decens
 et expediens est vt dei vicarius in terris hu-
 iusmodi religiosum eligat et suscipiat in spe-
 cialē et peculiarem filium sibi concedens a
 ceteris ordinariis exemptionem et merito.
 quia scriptum est q̄ qui spiritu dei ducuntur
 non sunt sub lege. quod sane intellectum po-
 test applicari ad propositum vulgatum est. ⁊
 potest iungi materia clementine que incipit
 ad nostrum. de here. i. cle. super facto perfec-
 tionis. et predictē autoritatis post sanctum
 Thomam vbi est glosa notabilis. ¶ Sexta
 causa exemptionum est fauor sancte sedis a-
 postolice cui multis debetur. fauor enim ei⁹
 est m̄ltos imēditos subiectos ⁊ ligios habe

re diuersi generis vt i casu nostro. Si em̄ epi
qui per sepe moliuntur cōtendere de pari cum
romano pontifice et iura sancte sedis aposto
lice deprimere cū augmento suorum expedit
vt sedes ipsa alterius generis hoies preserti
religiosos habeat defensores z manutētores
sicut apparere potuit durate scismatez appa
ret oī die cuncta rīmanti. videm⁹ enim q̄ cuz
romana curia vel ecclesia p suo statu idē eat
pcuratiōibus: et eas p suo statu moderatīf
sime recipere soleat: moderatissimas a subdi
tis epi nō pmittunt dictā sactā sedem in suis
indigentis subleuari de pcuratiōibus hmōi
moderatis z ipsas epi et alii or dinariū imo
deratis. z plures in numero ptra iuris dispo
sitionem non pposito vbo dei nō dato sacro
pfirmationis. et qñqz nullomodo i pleto visi
tationis officio sine vtilitate salutis animaz
sed cum detrimento subditorum: illas exigūt
z sibi applicant p suis faustuosis pōpis tenē
dis vel minus vtilibus vsib⁹ psequēdis. cō
tra qd sactā sedem apostolicā tuerent̄ exēpri
si dare facultas fādi. ¶ Item lz. sancta sedes
apostolica omnes dignitates. ordinauerit et
beneficia z oīa. pferrēt a primitiua ecclia. si
cut vult. c. omnes. xxii. di. z notat Jo. an. i. c.
quāq̄. de elec. li. vi. Ordinariū tñ exquiritis

coloribus dicentes q' romanus pōrifer pul-
 det indignis cogant sibi totā hāc prātē aufer-
 re cū ipi tamen si illis detur facultas puidē-
 di puidant p sepe idignissimis. Itē in abso-
 lutionib⁹: dispēsatiōib⁹ abilitatiōib⁹: multi
 ex ordinariis de facto iure papali vtūt z pres-
 sertim durāte scismate se fecerūt predicari in
 suis synodis papā fore ī suis diocesib⁹. Itē
 nūc conāt p fāte sācte sedis auferre subditos
 suos imediatos: scz exēptos q's sctōz patrū
 venerāda antiq'tas canonice ab eoz iure z iu-
 risdictione exēmerat z dicte sācte sedis ī fili-
 os speciales pcesserat. hec z innumerabilia
 alia ptra iura dicte sācte sedis z ei⁹ p rogati-
 uā variis exq'sit' mōis ordinariū p sepe attēp-
 tāt volētes q'si de pari p tēderit est dictū. p-
 sertim his volēdis t'pibz qm̄ romana ecclesia
 et sedes ipsa caret potēti defēsoze: videlz vni-
 co et idubitato pastore. Multoz em̄ ex ipis exi-
 stimatio nō rez merita: s'z fortune spectat eue-
 tū. sicut latius scribit Boeci⁹ in primo de pso-
 latiōe. Nō est igitur mirabile sed p mēdatiōe
 dignū si sācta sedes ap'lica p suoz iuriū defē-
 sione alius generis habeat hoīes ligios z i-
 mediatos filios speciales defensores. Hec ē
 igitur sexta causa exemptionū religiosoz et
 multoz alioz maxime q'rūdā celebriū capi

tuloꝝ ecclesiarꝝ cathedraliũ . ⁊ hmoi taliũ: vt
delicet fauor sc̄tē sedis apl̄ice ¶ Septima cau
sa exemptionũ fuit q̄ singulariter tãgit hmoi
capitula cathedraliũ ecclesiarũ: videlicet li
bertas ampli⁹ consensus vel dissensus p̄ capi
tula prebē d̄ i in hiis arduisq; agũt p̄ prelatũ
in quibus assēsus vel dissē⁹ hmoi est habēd⁹
Si enim capitula nō sint ep̄o subdita nec ip̄i⁹
formident oppressiones liberi⁹ p̄stāt vel dene
gāt cōsensum. Ortũ aut̄ habuerūt hmoi exēp
tiones p̄dictas causas exemplarit̄ abbis que
iuris naturalis gētũ et ciuilibis pericia etiã
anteq̄ sc̄tā sedes apostolica p̄stitueretur adin
uēit vt a patria pt̄ate / ab emācipatiōe / ama
numissione / a tutele vel cure fructiōe / a sup̄io
rum etiã seculi p̄uisione / et presidum sen iudi
cum constitutiōe ¶ Primo a patria potestate
nam sicut videmus q̄ pater habēs filiũ in sua
potestate ita secundũ iuris dispositionē reti
net nepotem ex filio immediate in sua potesta
te absq; hoc q̄ filius faciat medium i illa
et sicut quicq̄d filius acquir̄it ex p̄fecticis ac
quir̄it ipsi suo qui amboꝝ stipes est . et sicut i
bonis aduēticiis quicquid acquir̄it fili⁹ pa
tri querit vsum fructũ ita et de nepote est cen
sendum. Non est igitur nouũ q̄ pater patrum
summus p̄t̄ifex qui habet p̄ suis immedia

re filiis. patriarchas / primates / et archiepi-
 scopos. quandoq; sibi reseruat immediate sub
 iacere etiam episcopos et abbates et priores
 et huiusmodi tales. qui licet patriarcharum
 primatum archiepiscoporum ex ordinatione
 primitiua dicte sedis filii nomine solent assu-
 mere. cu; sedes apostolica pro nepotib; vl' p
 nepotib; aut acnepotib;. vl' huiusmodi illos
 habeat sibi eos qñq; decernat immediate subia-
 cere. sicut fecit ep̄m anicien maḡm in rodi. ma-
 gistrum prucie. q̄ plures abbates capitula et
 priores. ¶ Secundo ab emācipatione. nam si
 cut pater filium quandoq; deultraneo consē-
 su amboꝝ emācipat filium. ita archiepi vl'
 episcopi quādoq; spētanee cū solēnitate de-
 bita a sua iurisdictione exemerūt. vel exēprio-
 ni consenserūt. etiam qñq; recipientes p̄miū
 et remunerationē hmōi exēptionis seu emāci-
 parionis. Et sicut pater p̄ suū sup̄iorē qñq; i-
 uitus compelli emācipare filium in certis ca-
 sibus quos notat penul. glo. insti. quibus mo-
 ius. pa. po. solet. bona. guida. znouella. in ca-
 constitutus. de restitu. in integum. videlicet
 Si annouit legatum ad hoc sibi relictum vt
 videlicet filium emāciparet. et si adoptati-
 uo facto puberi non expedit esse in potestate
 paterna. et si filium peccare cogit et cōtra pie
 d. ii.

tatem pater filiū afficit. ff. si q̄s a pa. po. .l. fi.
qui est quartus casus. Ita sepe papa qui cun-
ctorū superior est eximit a potestate ep̄orū etiā
iuniorū ⁊ eos cōpellit exeptioni cōsētire que-
fit de suis subditis ī dictis quattuor casibus
videlicet primo si recōpēsatoēs ad hoc eis da-
tam acceptauerūt sicut fuit factū de mlt̄ ep̄i-
scopis ī quorum dyocesib⁹ caput et mēbra or-
dinum sc̄i b̄ndicti et Cluniacē. sūt posita
¶ Scdō si p̄fatis subditis nō expediebat eē ī
pr̄ate ip̄orū ep̄orum sicut nō expedit illis qui
exempti sunt canonice p̄pter rōnes supra ta-
ctas ī q̄bus multū deberet pōderari quies ⁊
rēplatiois ⁊ totalis dedicatio ps̄ōe deo facta
et hm̄oi q̄ dicta sunt. ¶ Tercio si dictos sub-
ditos peccare cogūt quod utiq̄ multi ordina-
rii faciūt dātes licētias tenēdi ꝑcubinas pro
vno aureo ⁊ libra cere. vel huiōi cēsu annua-
ti exsoluēdo. b̄nfaciētes q̄n̄z dep̄mendo ⁊ pu-
niēdo. et malefaciētes bonis temporalibus
honoribus ⁊ potentia exaltādo. mala exēpla
in vita et moribus atq̄ doctrina subditorū
tribuendo Quarto si cōtra pietatē hm̄oi sub-
ditos afficiāt q̄b̄ utiq̄ multi fecerūt ordinarū
et faciunt p̄les excess⁹ ⁊ opp̄ssiones in subdi-
tos ꝑmittēdo. put supra narratū est. iura hoc
testatur ⁊ exper̄t̄ia manifestat. non est ergo

nova hmoi subditoꝝ emācipatioꝝ exemptio
 Terio a manumissione. nā sicut dñs spōtane
 us seruū bñmeritū manumittit. ita in fauorē
 religiōi multi ep̄i manumiserūt v̄l manumis
 sioni p̄senserūt mltos suos subditos eos re
 liquētes libertati spirit⁹ z imēdiatē dīciōi vī
 carit̄ dei in terris. z sicut qñqz dñs iuit⁹ p̄pel
 litur manumittere suū i multj casib⁹ p̄fert̄ in
 fauorē fidei xp̄ianitatj. v̄l si male suū tractet
 et hmoi Ita i p̄posito. qz videlz i fauorē reli
 gionis. z qz bñmeriti. z qz nō bñtractati exi
 mūtur subdicti a p̄tate imēdiatē dñoz hīs z
 aliis de causis. ¶ Quarto a tutelevl cure sū
 ctōe. sicut em̄ tutorj v̄l curatorj. suspicio tute
 level cure p̄versa fūctio tutorj vel curatoris
 cessare facit officiū auctoritate superioris. sic i
 p̄posito z facto exēptiōis Quinto a superioruz
 etiā seculi opp̄ssione. legali p̄uissioe. Nam si
 dñs frequēt me grauat q̄tūcūqz sit mer⁹ lay
 cus possū petere a superiorēqz me eximat et ip̄e
 tenet hoc facere. C. de offi. p̄ cōsulo. l. ii. q̄ in
 cipit officium helesponti consularis z c. q̄ est
 notabilis lex ad hoc. Et ita seruat venerabi
 lis frācie parlamētī curia. Nā si dñs frequēt
 subditū grauat et ter requisit⁹ iusticiā face
 re denegat parlamētū subditū eximit ab ip̄
 sius dñi superioritate p̄petuo Simile hēmus

xxv. q. ii. illa nos. ad ppositū materie exēpti
onum et priuilegioꝝ adductū: nā ciuitas q̄ fre
quenter saltem bis solet occidere suos ep̄os
spoliatur et destruitur ppetuo dignitate ep̄ali
ita q̄ nunq̄ ita sedebit ep̄s nec dicet̄ ciuitas.
Sic in pposito ppter expressiones ordinari
orum frequētes quas quotidie mūd⁹ experit̄
nō mirū si multi subditi a dño et p̄tate ep̄orum
fuerunt et sunt p papā qui cunctoꝝ supioꝝ est
exempti. et videri potes simile saltē fm̄ quid
in appellatione emissa a grauamē iudicis illa
pendēte eximit a iudicis grauātis potestate.
q̄nq̄ vn̄uer saliter. q̄nq̄ saltem in illa causa ī
qua appellatum est patz p̄ habita et notata in
c. ad hec. et quasi p̄ vtrum: qz̄ titulū in vtroqz
iure. Sexto a p̄sidiū seu iudicū cōstitutiōe
Cōstantinus enim impator tpe beati siluestri
quando vices domini executoris dignitatem
apostolicā exaltauit in̄ cetera voluit et ordi
nauitq̄ illam potestatē quā impator habebat
in cōstitutiōib⁹ iudicū et p̄sidiū ī diuersis
prouinciis illā haberet et maiorē papa ī epi
scopis et archiep̄is et h̄mōi p̄latz. et hoc ap
probauit latius generale cōsiliū in quo p̄si
debat dominus Gelatius papa vt p̄tinet ī li
bro cōsilioꝝ lati⁹ et clarius et xvi. di. in palea
que incipit cōstātinus. Tertū est aūcōꝝ ip̄ator

et rex i prouinciay p̄sidib⁹ / senescalis / bail-
 liuis / castellanis / ⁊ p̄posit⁹ / ⁊ hmōi iudicib⁹
 illam habet potestatē q̄ p suo libito volūtat⁹
 etiā cessatē q̄cūq; alia causa populos q̄busdā
 ex illis subditos ab eoz iurisdictione eximit ⁊
 alīs submittit. vel sup̄no auditorio suo refer-
 uat p̄sua p̄uilegia mādāta ⁊ p̄stitutiōes. ⁊ hoc
 p̄sepe p̄tigit i suis familiarib⁹ ⁊ in armis mi-
 litarib⁹. ⁊ in regno frācie in viris ecclesiasti-
 cis in p̄stitutiōe ducū eximit rex om̄s ecclias
 ab eoz ditiōe ⁊ sibi sueq; ditiōi imēdiate re-
 seruauit q̄nq; maiorē: q̄nq; minorē p̄tātē tri-
 buit. laxat restringit ip̄ator ⁊ rex hmōi suis p̄-
 sidētib⁹ seu iudicib⁹. Quid ergo ip̄ediet q̄ mi-
 nus papa idē facere possit. ⁊ m̄lto melius de
 suis archiep̄is ⁊ ep̄is nō videtur p̄serti cū hē
 at rātā p̄tātē q̄ nullus ē qui sibi dicere possit
 cur ita facis. Item de iure canonico om̄ia mo-
 nasteria exem̄ pra sunt a lege diocesana ⁊ hoc
 approbauerūt generalia p̄silia ex causis p̄dic-
 tis. Si igitur romani p̄tiffices exemptiones
 fecerunt a potestate ip̄soz fm̄ quid ⁊ in p̄te: ⁊
 valerunt et approbate sūt per p̄silia quare nō
 procedent exemptiones in toto. quia eadē est
 ratio de p̄te ⁊ de toto pl⁹ p̄silia ap̄ pbauerunt
 exēptiōes totales i mult⁹ loc⁹. nā illas refor-
 mauērt i n aliquib⁹ q̄tiēscūq; p̄ditor legū ali

quē statū hoīm reformat ī qbusdā quo ad re-
liqua videt ipm approbare nisi ptestet de cō-
trario: vt habet ī cle. attendentes. 5. illas. de
statu monachoz. in cle. q. aut gñalia cōsilia.
hmōi exēptiones totales z reformauerit z ap-
probauerit defēsauerit z p̄solidauerit. p̄nūc
allego p̄siliū latranēse in. c. cū z plātare. de
p̄uul. p̄siliū lugdunēn. generale vbi p̄fuit
iuris aquila. Innocētius quart⁹ in. c. volē-
tes. eo. ti. li. vi. z p̄siliū gñale viennēn. vbi p̄-
fuit Clemens q̄ntus p̄sertim in. c. cū olim. z.
c. ad nostrū. de censi. z. c. frequēs. de excessi.
prelato: exp̄sse increpāt ep̄i violātes exēptio-
nes. z in. c. quia reglāres z ī multis aliis loc̄
Item multi romani pontifices z sācti patres
qua moti itētiōne hmōi exēptiones sequūt̄p
legētī totū corp⁹ iuris canonici clare p̄stat ī
variis locis qnoz aliqui meritis sue sancti-
tatis multum illust̄rauerūt. ecclesia in terris
et nunc regnant cū deō in celestibz. in quos
fuit beat⁹ Gregorius magnus. sicut constat
in allegatis capitulis. q̄ sit luminoso. xviii.
q. ii. et in. c. abbas. et. c. abbatem. j. et. ii. c. cā
et. se. et non est verisimile q̄ si tales exemptio-
nes facere contra bonos mores existeret. vel
in offensionem diuine maiestatis q̄ tāti amī-
ci dei illas fecissent p̄petuo duraturas z non

illas reuocauerūt etiā in fine vite sue. de mul-
 tis autem aliis romanis pōtificib⁹ exēptio-
 nes faciēti. reformātib⁹ ap pbātib⁹ ⁊ tenēti-
 bus pstat in multis caplīs corpis iuris cano-
 nici. psertim in cle. de priui. ⁊ de excels. pla. ⁊
 spāliter in. c. q̄sto de priui. vbi honori⁹ oñdit
 oibus archiep̄is monasteriaz mēbra oīaz p-
 sonas ordinis cluniacē. esse exēpta. Itē ml̄-
 ti sc̄ti patres abbates ⁊ ceteri talibus exēpti-
 onib⁹ sibi pcessis vel in totū vl̄ i. ptē vsi sunt
 sub qb⁹ laudabilr viuētes ml̄tos fruct⁹ ī dei
 ecclia attulerūt: sicut patz de sc̄tis Hugone/
 maiolo / addone / odilone / petrovenerabli ab-
 batib⁹ monasterii cluniacē. ⁊ de mult⁹ aliis
 sc̄tis patrib⁹ abbatibus ⁊ religiosis ordinis
 sancti bñdicti de monasterio cluniacē. dr q̄
 anteq̄ eēt erectū fuit ab oīmōda ptāte ep̄orū
 exēptū. Silr de btis Anthonio / bñdicto / mau-
 ro / egidio / lauthēno / anselino / laufrāco. ro-
 berto. ⁊ sic de ml̄t⁹ aliis q̄ ī suis monasteriis
 de hmōi exēptiōib⁹ vsiq̄ gauisi fuerūt ⁊ sub il-
 lis floruerūt. Itē videm⁹ p experiētiā q̄ re-
 gulariter laudabili⁹ regūt ⁊ viuūt exēpti vbi
 qz terraz: lz oēs simus hoīes ⁊ pcliui ad ma-
 lū. Cōcesse igit̄ sunt exēptiones ⁊ facte cano-
 nice ⁊ legitime ac lōgā habuerūt itēptatiōez
 nam ptātū t̄pis cursum cui⁹ inītiū memoria

hominuz nō existit pcesserēt exēptioēs vsus
obseruātia ⁊ psuetudo illaz quomō ḡ imita-
būt que tā longuā habuerūt interpretatiōnē
in. l. minime. ff. de legibus. nā et psuetudo es-
tiaz puate psoē iurisdictionē tribueret. cōsu-
etudoz pscriptio etiā singlāribz psonis mltā
et innumera iura acqrit. Quare ḡ in re tā lon-
geua erit inualidior nō videt. qua fronte ḡ ḡ
ordinariū nūc conātur exēptioēs reuocare vi-
olare infringere que tamen sūt tātis auctori-
tatibz tantis psuasionibus exēplis ⁊ ratiōnī-
bus tanto vsu. tanto fructu ⁊ auctoritate cir-
cūfulte pferat qnia cause exemptōnū durāt
hodie sicut ⁊ vnq̄. maxiēqz ordinariū a suis
oppressōibus nō cessāt ymo āplius solito pse-
uerāt. ¶ Non obstat si adducere ē ī mediū illa
argumētatio que ponitur in xxv. causa late
qua arguūtur ordinariū ptra papaz q̄ ex quo
sedes aplīca a qua pcesserūt ordinationes oī-
um dignitatum vt supra dictū est. sicut a trū-
co arboris rami. ⁊ sicut a fōre riuuli. ⁊ sicut a
corpore lūari radii vt in. c. xxxiii. q. iii. ¶ Si
ḡ diceret q̄ cū sedes aplīca semel ordīauerit
omnes ecclīas. etiā monasteria intra diocesi
cuius lz epī cōstituta subesse epō et eius dicio-
ni seu dispositioni vt p̄tineret mltā iura i. c.
omnes basilice. xvi. q. vii. ⁊ in. c. monasteria

r. c. abbatibus. et. c. cognouimus. xviii. q. ii.
 vii et p̄fatuꝝ. c. monasteria fuit p̄siliuꝝ ḡnalis a
 relateñ. quomō igit̄ romani p̄t̄ifices postea
 potuerūt cōferre exēptiones ius q̄sitū ep̄is
 ecclesiis cathedralib⁹ auferrez reuocare po-
 res canones. vii dicit tex. in. c. p̄tra. xxv. q. l.
 in hunc mūdum. hec statuta patrū cōdere ali-
 quid vel mutare nec hui⁹ q̄dē sedis p̄t̄ aucto-
 ritas. apud nos em̄ in p̄uulsis radicib⁹ vi-
 get antiq̄tas cui dicta patrū s̄axere reuerētiā
 Ad hoc r̄ndetur. put in dicta causa. xxv. dicūt
 Gratianus et alii doctores. nā lz papa ī hīs
 q̄ sunt fidei nihil possit imutare. nec orū sta-
 tū ecclesie vniuersalis subuere tñ ī istis po-
 sitiuis sua auctoritas semper intelligitur ex-
 cepta etiam si nō dicatur. quando enim aliqd
 statuitur intelligitur q̄ sue īterpretaciōis auc-
 toritatem sancte romane ecclesie reseruat p̄dī-
 tor vt videlicet intelligatur nisi auctoritas ro-
 mane ecclesie aliter impetrauerit vel salua in
 omnibus apostolica auctoritate et hec in plu-
 ribus capitulis expresse expr̄muntur. ¶ Vel
 aliter potest responderi quod quasi in idem
 sonat. Videlicet q̄ sancta romana ecclesia
 vim et auctoritatem sacris canonibus imp̄-
 titur sed non eis alligatur ita enim canonib⁹
 auctoritatem prestat vt se ip̄as nō subiciat eis

Sed sicut xps qui legē dedit ipam carnaliter
impleuit octaua die circūcis⁹. xl. die cuz ho-
stis i tēplo est pñtar⁹ vt iu se ipō eā sc̄tificar³
postea vero vt se dominū legi oñderet mltra s̄
lram imuta uit inē cetera dās exēpla q̄nvenit
ad eū. Dauid z dedit ei panes ppōis de qb⁹
nō licebat edere nisi solis sacerdotib⁹ z come-
dit ipē z pueri ei⁹. Itē etiā fecit i baptismoz
sic de multis aliis exēplis de qb⁹ rñsionibus
pōt videri Gracian⁹. xxv. q. .i. .s. his ita rñ
detur vnde sc̄tā romana ecclia p̄gregata valz
difiūgere z difiūcta p̄gregare rōnis tñ eq̄ta-
te p̄siderata. Qua p̄pter vel pietatē vel necessi-
tatis intuitu semel a se p̄cessa valet vel i totū
vel in partē p̄mutare vt in. s. his ita. xxv. q.
i. p̄sertim. qz nōnunq̄ pietura futurorū ali-
quid fore vtile credidit q̄ postea experientia
nociū ostēdit vt in extrauagātī. qz in fuorū
et i. c. nō debet. de p̄lan. s. z affini. Nec obstat
si arguat de p̄suasiōe b̄ti Bernar. dicētis q̄ in
ordinate p̄cedit. si digit⁹ q̄ a capite p̄ mēbrū
brachii z manus ordinate descēdit abscedat
a manu z capiti adūgat eq̄ ḡdu cū brachio.
sic videret absurditas p̄monasteria capitula
p̄orat⁹ z hmōi t̄les q̄ ordinate descēdūt a ca-
pite. s. sc̄tā romana ecclia z sūmo pōtifice per
mediū patriarchaz archiep̄oz ep̄oz p̄ exēp-

tionem ep̄is abscindāz z capiti adiūgāz sine
 medio eq̄li origine cū brachio a quo naturali
 cursu depēdere debeāt. R̄sio hoc nō obstat.
 namz si regl̄are sit ī naturalib⁹ vt sit vtile ser
 uare ordinē originis. q̄iqz tñ mēbrū media
 tū a capite distās absorsū īmediate iūgāz ca
 pitū vtili⁹ placidi⁹ z iocūdi⁹ p̄spabit. verbi.
 gr̄a. de x̄gula q̄ abscindit a pede caponis z ī
 feritur a q̄busdā in ei⁹ capite vbi crista esse so
 lebat talē eradicationē z alibi plātationē ap
 bat Gregori. ī suis omel̄is iter cetera dicēs
 olerū plāte trāsponūt vt p̄ficiāt atqz vt itadi
 cā eradicaēt vt crescant. sic ī p̄posito sepissime
 religiosi z hmōi tales exēpti vt exp̄iētia docz
 que est rerū maḡra vt in. c. q̄ sit. de elec. li. vi.
 plus p̄ficiūt eradicati a pt̄ate ep̄oz z īmedi
 ate iūcti dicio i romani p̄t̄ificis. discurredo
 enim ordines sc̄ti Bene. in quo sunt q̄spl̄ima
 monasteria dignitates z b̄nificia atqz p̄orat⁹
 exēpti nec nō et ordines cartusien. celestinoz
 cluniacen. cisterciēn. medicātū z multa alia
 hoc clare patebit lz p̄chdolor ibi etiā sint ml̄
 ta correctione digna. tā p̄pter t̄pis maliciā q̄
 nō p̄t libere ministrari iusticia z quo ml̄ti p̄
 mouētur indigni ad prelaturas religionū q̄
 p̄pter alias occasiones q̄bus cessatib⁹ cū di
 uino suffragio resumēt antiq̄tas obseruantie

